



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m]  
missa[rum] occurrentiu[m]**

**Heynlin, Johannes**

**Colonie, 1501**

**VD16 H 3452**

ij De qualitate altaris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34702**



# Tercium

¶ Capitulum tertium de dubijs circa locum celebrandi  
occurrentibus duos continet articulos

¶ Resoluit quinque dubia circa locum celebrandi communem videlicet  
ecclesiam incidentia

Art. 1.

**I** Quis sit locus cōis debitus ⁊ ueniens ad celebrandū missam

**Sol.** Regulariter sola ecclesia consecrata.

**ij** Utrum ne quis possit licite quandoq̄ extra ecclesiam celebrare.

**Sol.** Potest de licentia episcopi vel superioris dummodo habeantur  
necessaria ad celebratōnem requisita.

**iiij** Quid si in terra vel regione aliqua non inueniatur aliqua eccle-  
sia consecrata ppter destrucōnem vel vastationem ecclesiarum.  
Vel si quis in itinere constitutus ⁊ presertim in nauigatōne ubi  
non potest haberi ecclesia. vel constitutus in aliquo exercitu. vel in  
aliquo consimili occurrente casu. utrum ne quis posset alibi q̄ in  
ecclesia celebrare. etiam sine licentia episcopi.

Dubiū

**Sol.** In talibus casibus tene potest si habeantur ibi omnia necessaria  
ad celebratōnem misse requisita. potest enim celebrare sub domo  
vel sub tentorio.

**iiij** Utrum in mari vel in fluminibus in quibus naues frequenter  
agitantur liceat alicui celebrare.

**Sol.** Nullo modo debet ppter periculum effusionis sanguinis christi.

**v** Utrum in omni loco consecrato liceat celebrare missam.

**Sol.** Non. si enim locus sit interdictus. siue a iure. ut pollutus sangui-  
ne vel semine. siue a iudice. videlicet per sententiam interdicti la-  
tam contra locum illum. non licet ibi celebrari. ⁊ faciens contrariū  
in hoc casu incurrit irregularitatem.

Art. ij.

¶ Resoluit sex dubia que circa locū p̄rium. s. altare occurrere possunt.

**I** Utrum in ecclesia vel alibi possit quis licite celebrare super alio  
quo alio q̄ super altari.

**Sol.** Non licet nisi super altari vel fixo siue stabili. vel portatili siue  
viatico. quod p̄t sup mensam fieri vel arcā vel aliud huiusmodi.

**ij** Quale debeat esse altare super quo celebrare licet.

**Sol.** Altare debet esse lapideum consecratum non enormiter factum.

**iiij** Quibus altare debet esse coopertum ⁊ ornatum.

**Sol.** Quibus paleis ⁊ corporali cōsecratis de lino puro factis. nul-  
lo colore tinctis. sed totaliter albis mundis ⁊ nitidis

Dubiū

**iiij** Utrum semper liceat sacerdoti super quolibet altari cōsecrato ce-  
lebrare missam.

**Sol.** Non semper licet. nam postq̄ episcopus aliquis super aliquo al-  
tari celebrauerit. non licet illo eodem die alteri sacerdoti sup illo  
altari celebrari. nisi de licentia episcopi.

**v** Quantum debeat esse altare portatile. ut sit aptum celebrationi  
super eo fiende.

B iij